CARMINA

ANICII MANLII TORQUATI SEVERINI BOETHII

GRÆCE CONVERSA

PER

MAXIMUM PLANUDEM.

PRIMUS EDIDIT

CAROLUS FRIDERICUS WEBER,

PROFESSOR GYMNASII DARMSTADINI.

DARMSTADII,

TYPIS ET SUMPTIBUS CAROLI GUILIELMI LESKII.

MDCCCXXXIII.

Praeter ceteros, quos Graecia habebat initio saeculi XIV viros doctos, magna literarum cognitione et Graecarum et Latinarum inclaruit *Maximus Planudes*, cujus de interpretatione graeca carminum Boethianorum, quam, ante hos sex menses examinis indicendi causa editam, nunc bibliopolae pervulgandam tradidi, pauca, ne libellus dotis expers prodiret, praefationis loco monenda esse duxi.

Maximus Planudes [1]) monachus, oriundus Nicomedia [2]) Bithyniae, sed, cum diu Constantinopoli commoraretur, Constantinopolitanus dictus, insignis philosophus, theologus, grammaticus, rhetor et propterea ab ipsis adversariis v. c. Bessarione [3]) magni aestimatus, anno floruit MCCCXXVII. Eo certe anno ab Andronico Palaeologo II imperatore, cujus in gratia erat, ad Venetos, quos de caede suorum Graecis subiratos [4]) placaret, legatus est missus. Quod munus ut susciperet, et propter prudentiam et propter linguae latinae peritiam, quam temporibus illis commotus sibi comparaverat, aptissimus videbatur. Etenim quum inter Graecos Latinosque tunc dissidia de rebus divinis denuo exorta fuissent, is, qui vel discidium utriusque ecclesiae penitus cognoscere cupiebat, vel conciliis sacris, in quibus plerumque res latine tractabantur, interesse jubebatur, non poterat non linguam latinam addiscere literasque latinas perlustrare. Hinc factum est, ut Planudes, studio eius rei ad mortem usque, qua post annum MCCCLIII occubuit [5]),

1) Cf. de eo Casim. Oudini Commentar. de scriptor. eccles. T. III. p. 760 — 69, Christoph. Saxii Onomast. liter. T. II. p. 354 sqq. et p. 568, qui plures de eo laudat, Jer. Nic. Eyringii Synops. histor. literar. p. 427 sq., Theoph. Christoph. Harlesii Introduct. in histor. ling. graec. T. II. P. 1. p. 530 sqq. et Friedr. Schoell. Gesch. d. Griech. Lit. T. III. p. 221 sqq.

2) Quod Boissonadius in praefat. ad Ovid. Metamorph. Graece vers. a M. Planude p. XII. ex laudatione inedita Dionysii Martyris demonstravit.

3) Oudin. l. l. T. III. p 761 sq.

4) Cf. Pachimer. histor. libr. IX, auctore Oudino l. l. T. III. p. 760.

5) De anno enim, quo mortuus est, nil constat; cum a. MCCCLIII inter vivos fuisse contendit Wharton in Append. ad Cavei Hist. lit a. 1340 p. 38, sed sine justa causa; neque Dorvillius in Observat. Misc.

non intermisso, libros latinos, quod ex scriptis ejus apparet, non modo legeret atque relegeret, sed etiam graece converteret singulosque ita nobis servaret. Sermo ejus Graecus non ex omni quidem parte perfectus, elegans, purus et cum antiquo comparandus est, nihilominus tamen satis aptus, perspicuus legibusque antiquis grammaticorum maximam partem conveniens. Sane neque ingenio neque judicii acumine venustatisque sensu excelluit, sed sedulus, diligens, studiosissimus literarum et pro temporibus illis sapientissimus atque doctissimus fuit. Multa enim ipse composuit, quae recensere hujus loci non est[6]), multa ex Latino in Graecum satis presse [7]) et luculenter transtulit. Sunt vero haec:

Aristotelis, ut vulgo fertur, libri duo de plantis (περὶ φυτῶν), quos ex Arabicis a Gallo quodam latine conversos denuo Graecis literis, suspicante id Jul. Caes. Scaligero[8]), donasse dicitur. Res tamen dubia est, cum alii aliis eam interpretationem tribuant, vel Musuro, vel Lascari, vel Theodoro Gazae[9]). Codex exstat, teste Pluëro[10]), in bibliotheca Escorialensi; editiones nonnullas commemorat Fabricius l. l.

Paulo certior res est de *Ciceronis* Somnio Scipionis, quod alii quidem a Theodoro Gaza, interprete complurium Ciceronis librorum, graece conversum dicunt, alii contra a Maximo Planude, neque immerito[11]). Praeterquam enim quod Cod. Reg. bibliothecae Parisinae Nr. 963, Somnium Scipionis graecum continens, saeculo quarto decimo, teste Anic. Mellot, itaque centum fere annis ante Theodorum Gazam exaratus esse fertur, quatuor Codices Parisini Nr. 1603. 1772. 1868. 2070[12]), unus Coislinianus Nr. 355[13]), Sangermanensis, auctore Montfauconio[14]), Taurinensis[15]), Venetus[16]), Laurentinus[17]), Harlei-

Vol. II. T. 3. p. 429 rem ad liquidum perduxit.

6) Enumerat ea Fabricius Bibl. Gr. V, 41. T. X. p 534 sqq. (T. XI. p. 685 sqq. Harl.) et Eyringius Synops. histor. literar. p. 427 sq.

7) Aliter sentit Huetius in libro de claris interpret. p. 217 ed. Stadensis: *A Latinorum sententia saepe declinat, et quae assequitur neque satis presse, neque satis pura dictione effert.*

8) Commentar. in Aristot. de plantis I. p. 26.

9) Cf. ea de re Fabric. Bibl. Gr. III, 5. T. II. p. 135 sq. (T. III. p. 244 sq. Harl.) et Schoell. Gesch. d. gr. Lit. T. II. p. 181, qui Henschelii *comment. de Aristotele botanico philosopho* adire jubet.

10) Itin. Hisp. p. 159

11) Argumenta collegit Ph. C. Hessius in Praefat. p. XII sqq. Catonis etc. ab eo editi a. 1833.

12) Cf. C. B. Hase in Praef. Moseri ad Ciceron. de republ. p. XVI sqq.

13) Cf. Montfauc. Bibl. Coislin. p. 520 et Fabric. Bibl. Gr. l. l.

14) Bibl. bibl. Mss. T. II. p. 1065, b.

15) Cf. Pasinium T. I. p. 254. Nr. 167.

16) Cf. Zanettium p. 117.

17) Cf. Bandinium T. III. p. 387. Plut. LVII. Cd. 33.

anus[18]), Vaticanus[19]) et Scoraliensis[20]), diserte nomen Planudis in fronte exhibent, ita ut et ego Gazam potius descripsisse, qua re vitam sustentavisse constat, quam id convertisse dixerim. Sin discrimen inter eam reliquasque conversiones ejusdem Planudis animadvertitur, id ex meliore linguae latinae cognitione, quam paulatim studio perpetuo nanciscebatur, facile potest explicari. Optime vero evulgata est ea interpretatio a Georg. Henr. Mosero in Ciceronis de republica editione p. 549—60, et nuperrime a Phil. Carolo Hessio in Ciceronis Catone majore etc.

Ciceronis autem Catonem sive de senectute non a Maximo Planude, quem nonnulli Codices[21]) produnt, sed a Theodoro Gaza graece redditum esse, a nullo, quantum scio, in dubium est vocatum.

Aliud fragmentum Ciceronis vel Anonymi ex libro III, cap. 16 ad finem usque ejusdem libri Rhetoricorum ad Herennium Planudes in linguam graecam convertisse fertur, suspicante id Bandinio[22]) et Ign. Hardtio apud Aretinum[23]), quibus accedit Schoellius[24]) et Matthaeius. Sed ex eo, quod Planudes Ciceronis Somnium in graecum transtulit, nihil certi colligi potest, immo rectius ea de causa Theodorum Gazam nominaveris, neque ex singulis dicendi formulis totiusque orationis habitu, quantum judicare licet, quidquam de interprete apparet. Exstat vero fragmentum illud manuscriptum in bibliotheca Laurentina[25]) et Monacensi[26]), editum a Franc. Bergero[27]), Christ. Fried. Matthaeio[28]), Aug. Maio[29]) et Phil. Car. Hessio in Ciceronis Catone majore etc.

Confidentius paulo interpretationem Graecam septem librorum Caesaris de bello Gallico Planudi nostro attribuit God. Jungermannus, qui eam primus edidit, Dav. Hoeschelius[30]), propter similitudinem, quae

18) Nr. 4913; cf. Catal. T. III. p. 220.
19) Nr. 116; cf. Recens. Mss. Codd., qui procurat. Gall. trad. fuere p. 48.
20) Cod. IV, ψ, 1, cujus notitiam debeo *Federo*, viro doctissimo et bibliothecae Darmstadinae praefecto humanissimo.
21) Cf. Catal. Mss. Angl. Tom. I, 1. p. 21. Nr. 165. et Montfauc. T. I. p. 398, b. Nr. 26.
22) Catal. bibl. Codd. Med. T. III. p. 387. Cod. 33.
23) Beiträge z. Gesch. u. Lit. T. VIII. p. 652 sqq.
24) Gesch. d. griech. Lit. T. III. p. 223. Cf. quae contra monet Phil. C. Hessius in praef. Cic. de senectute p. XVII sqq.
25) Bandini Catal. bibl. Med. T. II. p. 387. Cd. 33.
26) Cod. Nr. 495; cf. Aretin l. l. T. VIII p. 652 sqq.
27) In Aretini libro laudato T. VII, p 339—48; cf. Jacobs. in Seeb. Archiv 1824 p. 113—19.
28) Mosquae 1810, 4. Cf. Seebode Krit. Bibl. 1823 p. 193 et 540.
29) In libro: Ciceronis sex oratt. partes ineditae. Mediol. 1817 p. 209—218
30) In epist. ad Jungermannum.

inter eam et Ovidianam ejusdem Planudis conversionem intercedit, Joh. Alb. Fabricius [31]), Schoellius [32]), Herzogius [33]) et Baehrius [34]). Theodori Gazae certe non esse jam ex eo colligitur, quod Codices ducentis annis ante Gazam scripti supersunt; neque tamen ex integritate orationis aliisque ejusmodi argumentis rem ad liquidum perduci posse, propter varia scribendi genera, quibus vel imitando veteres vel proprio Marte ex Constantini usque aetate scriptores Graeci utebantur, mihi persuasum est.

Ovidii vero Metamorphoses et Heroides sermone pedestri in Graecum a Planude conversas esse nemo est qui dubibet; et merito. Nam Codices metamorphoseon Parisini [35]), Venetus [36]), Vaticanus [37]), Florentinus bibliothecae Benedictinorum [38]), Mediolanus [39]), Jacobaeus [40]), et Heroidum Mediolanus [41]), Scoraliensis [42]), Vaticanus [43]) reginae Sueciae, Venetus [44]) nomen Planudis in fronte gerunt. Hinc edita est conversio Planudis Metamorphoseon ab Joh. Fred. Boissonadio [45]); editionem vero Heroidum graece translatarum curaturus erat Lennepius [46]), neque tamen in lucem emisit.

Idem valet de Dionysii Catonis distichis, quae graecis versibus a Planude expressa esse constat. Primum rei metricae periculum in iis fecisse videtur, unde ea dijudicare possis, quae Jos. Scaligerus acerbius quam verius taxat. Codices enumerat Theoph. Christoph. Harlesius [47]), quibus adde Taurinensem [48]), et Monacenses septem [49]). Optime graeca evulgavit Otto Arntzenius in sua Dionysii Catonis editione [50]).

Donati quoque grammaticam parvam per Maximum Planudem in Graecum sermonem conversam Codex bibliothecae Baroccianae continet [51]).

31) Bibl. Lat. T. I. p. 250. ed. Ernesti.
32) Gesch. d. griech. Lit. T. III. p. 222.
33) Praefat. edit. Caes. de bello Gall. p. XXXVII.
34) Gesch. d. Röm. Lit. p. 359. Ed. II.
35) Nr. 2848 et 2849; cf. Montfauc. T. II. p. 742, d.
36) Nr. 487; cf. Zanettium p. 256.
37) Montfauc. T. I. p. 12, c
38) Montfauc. T. I. p. 416, a.
39) Montfauc. T. I. p. 502, c.
40) Catal. Mss. Angl. et Hiber. T. II, 1. p. 246. Nr. 8588.
41) A, 119, auctore Federo meo.
42) Montfauc. T. I. p. 622, c.
43) Montfauc. T. I. p. 34, e.
44) Cf. Zanettium l. l.
45) Parisiis 1822, 8. in collectione Lemaeriana operum Ovidii.
46) Cf. Joh. Chr. Jahn Introd. ad Ovid. Heroid. p. 7.
47) In Fabric. Bibl. Gr. T. XI. p. 683 sq.
48) Cf. Pasinium T. I. p. 269.
49) Cf. Aretin. Beitr. z. Gesch. u. Lit. T. V. p. 151. T. VIII. p. 653. T. IX. p. 714 sq. 814 et 828.
50) Amstelaed. 1754, 8.
51) Cf. Catal. Mss. Angl. et Hibern. I, 1. p. 8. Nr. 71.

Porro Augustini liber *de Trinitate*, Graece a Planude redditus[52]), passim in bibliothecis servatur; cf. quas laudat Harlesius ad Fabricii Bibl. Graecam Vol. XI. p. 684, quibus adde Codicem Venetum[53]) et integerrimum Taurinensem[54]). Singulae ejus libri partes typis evulgatae sunt[55]); num vero ejusdem Augustini libri *de civitate dei* a Planude graece conversi sint, quod Gesnerus[56]) fortasse per errorem contendit, incertum est; equidem nullum ejus libri Codicem in bibliothecarum indicibus inveni.

Praeterea exstat Macrobii commentarius in Ciceronis Somnium Scipionis a Maximo graece translatus, quem Codices multi exhibent, ut Harleianus[57]), Taurinensis[58]), Vaticanus[59]), Sangermanensis[60]), Monacenses[61]), Parisini[62]), Scoraliensis IV, ψ, 1[63]) et ex parte Neapolitanus[64]). Editus est Macrobii commentarius graece versus in Matthaeii Sylloge Opusc. Graec. Mosq. 1811, p. 91—182.

Item Boethii aliquot scripta graece reddidit Planudes, ut librum de *consolatione philosophiae*, de quo mox videbimus, et *de dialectica* s. de differentiis topicis. Nomen certe Planudis prae se fert Cod. Parisinus Nr. 2094. et Baroccianus[65]), dum alii Codices Parisini Nr. 2103 et 2830, Mosquensis[66]), Taurinensis[67]), Monacenses[68]), quorum unus saeculo XII vel XIII scriptus esse perhibetur, nullum scriptoris nomen praebent, ita ut res de Planude admodum dubia sit. *Topica* Boethii per anonymum graece conversa ab J. Wegelino a. MDCIV evulgata sunt[69]); num vero eadem sint, quae Maximo Planudi attribuuntur, mihi non constat.

Incerta quoque res est de parte Summae, a Thoma Aquinate scri-

52) Teste Demetrio Cydonio et Bessarione ap. Oudinum Comment. de script. eccles. T. III. p. 761 sq.
53) Nr. 145 ex parte; cf. Zanettium p. 81 et plenum exemplum Nr. 571; cf. ib. p. 299.
54) Cf. Pasinium T. I. p. 153. Nr. 47.
55) Cf. Fabric. B. Gr. l. l., quibus adde Pet. Arcudii Opusc. theol. p. 614.
56) Biblioth. p. 509.
57) Nr. 4913; cf. Catalog. T. III. p. 220.
58) Cf. Pasinius T. I. p. 254. Nr. 167.
59) Cf. Recens. Mss. Cdd. qui procurat. Gall. trad. fuere p. 48. Nr. 116.
60) Cf. Montfauc. T. II, p. 1065, b.
61) Nr. 439 et 495; cf. Aretin. Beitr. T. VIII, p. 382 sqq. et p. 653 sq.
62) Nr. 1772, 1868 et 2070.
63) Teste Federo v. d.
64) Fabric. Bibl. gr. T. V, p. 781. Harl.; cf. praeterea, quos laudat Harlesius l. l. T. XI. p. 682 et 685.
65) Cf Catal. Mss. Angl. et Hibern. I, 1. p. 10. Nr. 83. Aliud exemplum vide p. 12. Nr. 106.
66) Apud Matthaeium p. 204.
67) Cf. Pasin. T. I, p. 228. Nr. 122.
68) Nr. 487, 502 et 543; cf. Aretin. Beitr. T. VIII, p. 549 sq. T. IX, p. 700 et 850.
69) Cf. Huet. de clar. interpret. p. 216.

ptae, quam Maximus Planudes graece transtulisse fertur[70]), cum id a Demetrio Cydonio factum esse inter omnes constet; cf. Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. Vol. XI, p. 685.

Denique Petri Hispani Summularum pars per Maximum Planudem in Graecum versa exstare fertur in bibliotheca Barocciana[71]); qua tamen de re dubium mihi movetur.

Hae sunt conversiones graecae Planudis, quarum jam ex numero studium magnum, industria summa et assiduitas multa viri praeclari apparet; sed eum etiam diligentem fuisse, curam magnam in convertendo adhibuisse et pro temporibus, quibus vixit, multum praestitisse in taxanda Boethii carminum conversione, ad quam pervenimus, perspicue cognoscetur.

Boethii libros de consolatione, per Maximum Planudem graece expressos, nostram tulisse aetatem jam Vallinus, editor Consolationis, qui Graecis verbis passim utitur, in commentariis Boethianis monuerat, neque deerant Codices, ex quibus res comprobata dari poterat, ita ut mirum videri possit, cur interpretatio graeca optimi libri non prius in lucem emissa sit. Codices vero, qui verba graeca continent, hi sunt: Coislinianus[72]), Scoraliensis[73]), Mediolanensis[74]), Vaticanus[75]) reginae Sueciae, Romanus in bibliotheca Alexandrina[76]), Neapolitanus[77]), Taurinensis[78]), Mosquensis[79]), Parisini octo, Nr. 1992, 2094, 2095, 2096, 2097 (olim Puteanus), 2103, 2571 (mancus), 2830 et Vindobonensis. Quo ultimo cum usus sim per exemplum, diligentissime transscriptum, juvat apponere, quae Lambeccius[80]) de eo notavit.

Octogesimus quartus Codex manuscriptus, Philosophicus Graecus, est chartaceus antiquus, constatque foliis ducentis triginta, atque unus est ex illis Joannis Sambuci libris, quos a reliqua ipsius bibliotheca avulsos Sebastianus Tengnagelius redemit et Augustissimae Bibliothecae Caesareae legavit. Continentur eo Anicii Manlii Severini Boetii — — Libri quinque de consolatione philosophiae, a Maximo Planude, monacho Constantinopolitano, ex latina in graecam linguam translati, et ab eodem non solum Prolegomenis graecis,

70) Cf. Catal. Mss. Angl. I, 1. p. 7. Nr. 65..
71) Cf. l. l. I, 1. p. 9. Nr. 76.
72) Nr. 84, olim 145; cf. Bibl. Coislin. p. 140 et Montfauc. T. II, p. 1054, A.
73) Cf. Montfauc. T. I, p. 622, A et 623, A.
74) Cf. Montfauc. T. I, p. 494, a.
75) Nr. 651; cf. Montfauc. T. I, p. 7, B.
76) Nr. 117; cf. Recens. Mss. Cdd. qui procurat. Gall. trad. fuere p. 85.
77) Fabric. Bibl. Gr. T. V, p. 783. ed. Harl
78) Cf. Pasinius T. I, p. 388. Nr. 292.
79) Cf. Harles. ap. Fabric. l. l. T. XI, p 684.
80) Commentar. de bibl. Caes. VII, p. 310 sqq. ed. Kollar.

verum etiam annotationibus graecis marginalibus illustrati. Adjuncti insuper isti versioni graecae ibidem e regione sunt iidem quinque libri etiam latine cum annotationibus latinis, partim interlinearibus, partim marginalibus. Primus totius Codicis titulus generalis constat ibi his verbis: Βίβλος Ἀννιτίου (pro κίου), Μαλλίου (pro Μανλ.), Σεβηρίνου, Βοηθοῦ (pro Βοητίου ut alibi), ἀπὸ Ὑπάτων, γένος τῶν πατρικίων, ἣν μετήνεγκεν ἐκ τῶν λατίνων φωνῆς Μάξιμος μοναχὸς ὁ Πλανούδης. — Finitis Prolegomenis incipit ipse liber primus unaquaque pagina in duas columnas, latinam videlicet et graecam divisa; et quidem cum latinis ac graecis, quae hic commode exhiberi nequeunt, interlinearibus et marginalibus annotationibus. — — Quinti autem sive ultimi libri finis cum annexa subscriptione, a quo, quando et ubi totus hic Codex scriptus sit, est talis: — — Explicit liber quintus Boetii Severini Torquati, transscriptus per me Georgium Mudacionem anno domini MCCCCLV. Kal. Februarii in Cydonia, Cretensium urbium vetustissima atque pulcherrima.

Quae de eo Codice scripta rectissima esse per literas nuntiavit *Joh. Henr. Christianus Schubart*, doctor philosophiae, is qui precibus meis commotus Codicis partem, a me editam, cum omnibus mendis erroribusque transscripsit, vir et humanissimus et eruditissimus, cui maximopere me obstrictum esse non possum non profiteri. Codex ipse, ut judicium de eo addam, ab homine illo, Georgio Mudacione, vel parum docto vel minus diligenti ex dictato Codice, in quo multi errores propter iotacismum, quem dicunt, commissi erant[81]), translatus esse videtur. Inde non modo negligentior in rebus orthographicis (cf. III, n. 3, 4; unde et iota subscriptum fere semper omittitur), sed etiam in aliis rebus, ut vel saepius conjectura opus fuerit, vel interdum, quum collatio codicis Parisini post plagulas demum typis exscriptas mihi contigisset, verba intacta reliquerim. Ubique vero, quod in editione prima scriptoris veteris necessarium duxi, vel correctiones in verba contexta receptas, vel conjecturas propositas, ubi res incerta videbatur, cum scriptura Codicis diligenter notavi. In Boethio quoque, usus collatione duorum Codd. Moguntiacorum, quam *Belzio*, juveni doctissimo et liberalissimo, me debere libenter moneo, nonnulla vel in verbis singulis vel in nexu eorum a me sunt commutata.

Planudis vero interpretationem quod attinet, jam id sub oculos cadit, quod Maximus, cum unus ex paucis suae aetatis non solum abjectis illis, quos vocant, versibus politicis ad antiqua versuum genera rediisset, sed praeter metra vulgatissima in aliis iisque difficilioribus po-

81) Cf. XII, 4. *βουλητόν;* XIV, 3. *εὑρήν;* XVI, 9. *ἀχλήν.*

suisset rudimenta, laude quadam dignus est. Nihil vero ejusmodi a Planude scriptum, praeter disticha Catonis, versus XLVII heroicos[82]) *εἰς τὴν γεωγραφίαν Πτολεμαίου χρόνοις πολλοῖς ἀφανισθεῖσαν, εἶτα δὲ παρ' αὐτοῦ πόνοις πολλοῖς εὑρεθεῖσαν*, hymnos varios et epigrammata passim edita[83]), ad nos pervenit; sed a viro docto, qui et anthologiae conservandae inque ordinem redigendae operam navavit, et *περὶ μέτρων* scripsit[84]), pericula varia in rebus metricis esse facta, per se probabile fuit, et nunc testimonio optimo confirmatum est. Etenim omnia Boethii metra XXVI, dactylica, anapaestica, iambica, trochaica et choriambica, iisdem rhythmis ab eo presse reddita esse videmus. Quodsi ea, cum Aeschyleis et Pindaricis comparata, sane minus expedita et sonora procedunt, neque plenam subtilemque rei metricae cognitionem produnt, tamen ratione temporis, quo scripta sunt, habita, nobis ex parte commendantur. Servatis enim legibus rei prosodicae, numerorum et caesurae, plerumque sine offensione leguntur. Multum certe differunt a versibus Catonianis, quibus caesurae varietasque numerorum desunt, ita ut Boethiana a Planude, aetate provectiore, lectisque poetis[85]) magis erudito reique metricae peritiore, esse profecta dixerim. Neque tamen a labe temporis sui liber fuit, sed hic illic aures numeris perversis et claudicantibus offendit cf. V, 2. 13. 27. XXXVII, 9 etc. Idem admittit hiatum saepe cf. I, 11 et notam ibid.; III, 7; V, 35, et in ancipitibus *α, ι, υ*, quibus poetae tunc pro lubitu utebantur, si non eandem rationem sequitur, saepius tamen a legibus recedit. Ita corripit *α* longum in v. *εὐπραγέος* I, 7; *δυςπραγέοντας* I, 15; *βίαν* II, 27; *κρατήρων* IV, 7; *ἡδονὰς*, *μερίμνας*, *λεπτὰς*, *συμπλοκὰς*, VII, 25. XX, 8; XXXVII, 10; *πόα*, *σκιὰν* XII, 10. XVII, 25; *ἄγνοια* XXIII, 2; *τρίκρανος* XXVII, 29; *εὔκραὲς* XXXIII, 25; *θύραθε* XXXVIII, 4; *ι* longum in v. *φιμόληπτος*, *φιμὸς* VII, 30. XV, 16; *δριμὺς* XII, 17; *στίφη* XV, 22; *ῥιπισμὸς* XXVI, 12; *κηλιδόω* XXXIV, 28; et *υ* longum in v. *ἀμβλύνεται* II, 2; *σύροιτο* IV, 18; *μορμύρον* VII, 16; *βουλυτὸν* XII, 4; *βρενθύετο* XIX, 2; *ἰθύνεται* XXV, 15 et *διαπτύει* XXVIII, 4. Contra producit, sed raro, quae vulgo corripiuntur, *α* breve in v. *ἔκαθεν* XX, 5; *ι* breve in v. *σκιὰν* XII, 12; *φιλοκάλως*

82) In bibl. Neapol.; cf. Fabric. Bibl. Gr. T. V, p. 781 Harl., in bibl. Matritensi, editos ab Iriartio in Catal. Codd. Graec. T. I, p. 263, et in bibl. Monacensi.

83) Cf. Fabric. Bibl. Gr. T. XI, p. 687.

84) In dialogo de grammatica; cf. Bachmanni Anecd. Gr. Vol. II, p. 96—101.

85) Quos inter Aeschylum non neglexisse videtur; compluribus certe ejus utitur adjectivis, ut *ἁβροδίαιτος* XI, 14 et *φεψαλῶν* XIII, 13.

XVII, 20; υ breve in v. λυθὲν V, 23; τρυγᾷν VI, 12; προχύτας XXII, 2 et τανύουσι XXIII, 5. In aliis utitur, quae ex usu poetarum licita erant, productionibus per arsin (XXXVIII, 32. 36, ut saepius in Catonianis), per consonantium repetitionem (τόσσας V, 28; ὀππώρη VI, 14) et per vocalium mutationem (μοῦνα V, 26), tum apocope (καδδὺς II, 2), elisione diphthongorum (I, 15), synizesi (XXXIV, 5), synaloepha (XXVII, 5; XXXIII, 47; XXXIV, 32; XXXVI, 12) et crasi (V, 23), ut saepe in Catonianis.

Dicendi vero ratio, quam Maximus in Boethianis sequitur, pro tempore, quo floruit, non vituperanda, cum satis apta, elegans et poetica sit, quantum ex singulis verbis, quae saepius ab aliis poetis (v. c. Aeschylo cf. II, 1 βρύχιον) mutuatus est, et ex conjungendi rationibus colligi potest. Ne quis tamen ea cum praeclara illa simplicitate et pulchritudine antiquitatis, sed potius cum poetis saeculi quarti decimi comparet. Dialectus ejus in universum est epico-elegica, ita tamen, ut non ubique in ea sibi constet, sed nonnulla vel dorica (ὔμμε XIV, 25) vel attica (in dativo I declin. αις II, 21. juxta ῃσι II, 25) habeat admixta. Verba singula quod attinet, iis attribuit vel novam significationem (δέξασθαι *favere* I, 17; λοφόεσσα *alta* XII, 12; αὐχεῖν *augere* XXI, 12 et XXIV, 9; σκαιὸς *sons* XXVII, 32) vel novas formas, ut δέχνυμαι VI, 3; ἀνοικτὶ VIII, 3; δαψιλέος XVII, 20; φιλοκάλως ib.; σκεδάω ib. 22; ἀτενίζειν XXIV, 24; φοίβεος XXV, 18; ἐυμμελὴς XXVII, 20; τρίκρανος XXVII, 29; φαενὸς XXVIII, 13; ἄχθω XXXI, 6; ἀτειρήεις XXXII, 15; φλόγειος XXXII, 16; ὔψιος XXXIII, 34; στροφάδην ib. 35; κλέϊσαν XXXIV, 13; διφρελάτης ib. 20; συῤῥείω XXXV, 6. Alia contra nove composuit (ἐπιθροέω IV, 10; φιμολήπτὸς VII, 30; εὐστυφέλικτος XI, 8; λειοντοκόμος XVII, 16; ἐκδιφᾶν XXIII, 8; αἱμόβαπτος XXIII, 12; εὐπερίφρακτος XXIX, 4; οἰστροφόρητος ib. 6; ὠμοφροσύνη XXXI, 10; πλησιφάω XXXII, 7; συνθροέω ib. 18; ἐναποικίζω XXXIII, 17; διχόνοος XXXVII, 1; ἐπιθείνω XXXIX, 4.) vel omnino nova, quibus aetas eius utebatur, aut exhibuit aut finxit, ut νητρεκίη XVI, 13 et XXXVIII, 25; οὐδίζω XXXIV, 25. Porro in nectendis verbis vel comprobata dat, quae graecitatis illorum temporum propria sunt (v. c. ἐς pro ἐν XXX, 34; ἢν cum indicativo XXVII, 57; XXIX, 17), vel singularia quaedam habet, ut αὐχέω cum accusativo XXI, 12. propter transitivam significationem.

Conversio denique ipsa inter multas, quae vel ab ipso Planude vel ab aliis tunc factae sunt, plerumque ad verbum expressa et satis eleganter pro illis temporibus composita est, quamquam cum nostra in ver-

naculam transferendi ratione non comparanda. Quemadmodum enim omnino a Graecis interpretibus factum videmus, ut in singulis ab oratione scriptoris recedant, ita apud Planudem quoque talia inveniuntur. Etenim alia in reddendis verbis omisit (II, 6 *quondam;* 20 *fertilis;* 25 *gravibus;* III, 4 *stetit;* IV, 11 *feros;* etc.), alia Boethianis addidit (II, 26 δεινῷ; III, 9 μέγας), alia omnino libere in graecum transtulit (II, 6. 7. IV, 7. 8. V, 30 etc.) vel commutata adjectivorum positione (II, 8; III, 10), vel explanando (II, 12 ἄριστα pro *victor*), quibus adeo singula adjicit (II, 5 ἐν αὐτῷ; ib. 23 δαιδαλέους et πάνσοφα φαίνων), vel amplificando, quae simpliciter dicta erant (IV, 6 *excitantis* per ζειούσης; V, 15 *lucem* per ἤματος αἴγλην), vel denique minuendo neque diligenter reddendo, ut IV, 1 *serenus* per χρώμενος; ib. 5 *rabies minaeque* per μανίαι θοαί; V, 8 *obscuro pallida cornu* per σκιερήν; adde v. 38. 41. 43. et XXXVII, 20, quorum ultima propter placitum theologicum a Maximo mutata videntur. Quae si comparas cum aliis, recte et de verbo a Planude translatis, ita ut perraro verba latina ab eo male intellecta esse dicere possis, quod vel lapsu humanae naturae (ut II, 12 ψηφοφορήσας pro *in numeris comprehensam;* VII, 7 θάλπει pro *aestus;* ib. 17 ὄμμα *obtuitus* pro *obex;* XXXIV, 24 ὦρσεν pro *demersit*), vel interdum Codicis pravi auctoritate factum sit: plura in graece conversis magis laudanda quam vituperanda esse nemo infitiabitur. Sed vel sine virtutibus iis, quas dixi, habent cur lectu digna sint, quum non modo in Boethianis rectius constituendis intelligendisque magnum afferant commodum (ita indicatur melior scriptura I, 9 et XXXVII, 14), sed etiam specimen novum plenumque ei exhibeant, qui linguam, studium et eruditionem illius aetatis diligentius cognoscere velit.

Jam restat ut varias scripturas Codicis Parisini Nr. 2094 addam, a *Carolo Benedicto Hasio*, adjutore illo atque sospitatore literarum antiquarum mihique affinitatis vinculis conjuncto, liberalissime transmissas. Quibus vel interserta vel addita exhibebo, quae a *Fried. Osanno*, professore Giessensi amicoque carissimo, et a *Jul. Fried. Diltheyio*, collega optimo et doctissimo, notata mecumque communicata sunt, ita ut meas quoque in relegendis Maximi verbis subnatas emendationes hic illic adspergam.

Αννιτίου, Μαλλίου, Σεβηρίνου,
Βοητίου ἀπὸ ὑπάτων τέλους τῶν
πατρικίων[1]) *Βίβλος περὶ παραμυθίας*
τῆς φιλοσοφίας, ἣν μετήνεγκεν
ἐκ τῆς Λατίνων φωνῆς εἰς τὴν
Ἑλλάδα διάλεκτον, Μάξιμος
μοναχὸς ὁ Πλανούδης
Βιβλίον πρῶτον.

Ed.	Cod.
Libri I. Metrum 1.	
Τὸ πρῶτον	*Εἰσὶ τὰ τῶν ἐμμέτρων τοῦ Βοητίου εἴδη· ὧν*[2]) *τὸ πρῶτον.*
ἐναπολειπομένη	*ἐναπολιπομένη.*
	I.
vs. 2. *προηγοῦμαι*	*προῆγμαι*[3]); sic item Cod. Nr. 2095.
— — *φεῦ*	*νῦν φεῦ*; sic item Cod. 2095.
— 3. *μελέαι*	*μέλεαι*[4]); it. Cod. idem.
— 8. *δυςπραγίην*	*δυςτυχίην*[5]).
— 9. *ἀελπτον*	*ἄελπον.*
— 14. *εὐθὺς*	*δ' εὐθὺς*; it. Cod. 2095.
— 15. *δυςπραγέοντας*	*δυςτυχέοντας.*
— — *οὔασι*	*οὔασι.*
— 16. *τ'*	*δ'*; it. Cod. 2095.
— 19. *μετημείψατο*	*μεταμείψατο*; it. Cod. 2095, recte.
	II.
vs. 9. *ψυχρῆς*	*ψυχῆς* manus prima; sed corrector fecit *ψυχρῆς.*
— 18. *εὔπνουν*	leg. *εὔπνοον.*
— 19. *ποίοις*	*ποίαις*; sine dubio.
	III.
vs. 2. *προτερὴ*	*προτέρη.*

1) Delevi punctum.
2) Eadem leguntur in Vind., sed de industria erant a me omissa.
3) *προηγοῦμαι* non apto sensu; malim *προαιροῦμαι. Osann.* Optime Codd. Parisini, quod et ipse prius tentaveram.
4) Error a me non correctus; sed saepius proh dolor in accentibus aliisque rebus a typotheta erratum est.
5) Bene propter metrum, ut infra vs. 15 *δυςτυχέοντας.*

Libri I Metrum IV.

	Ed.	Cod.
	η τροχαίου	καὶ τροχαίου; recte, ut jam Diltheyius conjecerat.
	σχήματος·	σχήματος, ὡς καὶ ἐνταῦθα ἐκ σπονδείου καὶ τροχαίου τὸν ἀντίσπαστον συνεστήσατο· εἶτα ἰαμβικοῖς ἐπήγαγε συζυγίας δύο, ὧν ἡ δευτέρα ἐστὶ καταληκτική.

IV.

vs.	Ed.	Cod.
vs. 2.	δρασεῖαν	θρασεῖαν.
— 4.	ἔσχε τοι	Eadem Cod. [6])
— 14.	ἐλκύσεις	ἐκλύσεις; recte.
— —	ἀλκιμωτάτοιο	ἀλκιμωτάτοις.
— 16.	φρενῶν	φρονῶν [7]).

Libri I Metrum IV.

Ed.	Cod.
εἶδος	deest.
ἐπακούειν.	ἐπακούειν· καὶ ἐν τῷ τὶς τὰς ὄντωι σπονδὰς διχονους.

V.

vs.	Ed.	Cod.
vs. 5.	πασῶν	πᾶσαν.
— 15.	βράχυ	βραχὺ.
— 16.	ἔμπαλιν	leg. ἔμπαλι propter metrum [8]).
— 42.	ἔπιδες γαίας	ἐπιδ' ἐς γαίας; recte.
— 45.	συντριβόμεθα	συντριβόμεσθ' [9]).
— 48.	στερεώσας	στερεώσαις; recte [10]).

Libri I Metrum IV.

Ed.	Cod.
πλὴν ἔτι	πλὴν ὅτι; bene [11]).

6) Quod proponitur legendum ἔσχεθ' οἱ, vereor ut Graecum sit. Si quid mutandum scripserim ἔσχε που. *Osann.* Facilior fuerit emendatio ἔσχεν οἱ; sed nihil mutes; τοι est *certo.*

7) Bene; id quod Osannus quoque meus conjecerat.

8) Versu 38 pro *mendacii* lege *mendaci* propter metrum. *Dilthey.* Sic et in utroque Mogunt. scriptum est.

9) Unde possis συντριβόμεσθα, syllaba secunda contra usum correpta, quo proceleusmaticus amovetur.

10) Si quid mutandum quidni leniori medicina στερέωσαι? *Osann.*

11) Praeterea locum sic corrigas. ἢ στοιᾶ· πλὴν ὅτι etc.

VI.

	Ed.	Cod.
vs. 4.	πίστευσεν	πιστεύσει.
— 7.	πᾶν	μάν; optime.

VII.

	Ed.	Cod.
vs. 8.	ἀγανὰ	ἀγανὰ [12]).
— 19.	λυομένοιο	λυομένοιο ($\overline{ης}$ supra $\overline{οιο}$ eadem manu) [13]).

Libri II Metrum I.

Ed.	Cod.
σπονδεῖον, χορεῖον	χορεῖον, σπονδεῖον.
καὶ ἀνάπαιστον· καὶ ὅταν	καὶ ἀνάπαιστον· κατὰ δὲ τοὺς ἀρτίους μόνον ἴαμβον καὶ χορεῖον· παρὰ δὲ τοῖς Κωμικοῖς καὶ ἀνάπαιστον· καὶ ὅταν κ. τ. λ.
πυῤῥίχιον	καὶ πυῤῥίχιον.
βαθείᾳ	βαθεία.

VIII.

	Ed.	Cod.
vs. 8.	σφέτερον	σφετέροις.
— 9.	ὥρᾳ	ὥρα.

Libri II Metrum II.

Ed.	Cod.
τροχαίου. Τούτῳ	τροχαίου· τὴν δ' ἑπομένην ἐξ ἰάμβου καὶ τροχαίου. Τούτῳ.
τὸ καλούμενον	τὸ deest.

IX.

	Ed.	Cod.
vs. 1.	κινύμενος	κιννύμενος.
— 5.	γ'	δ' [14]).
— 11.	στέφῃ	στέφοι [15]).
— —	οὐδὲ ἓν	οὐδεὲν, fortasse recte.
— 16.	καθίζει	καθέξει; placet.
— 18.	ὄλβον	ὄλβον.

12) Ita jam Osannus meus conjecerat.

13) αὐτῷ λυομένοιο est soluti ab ipsa aqua; unde corrigenda, quae ibi notantur.

14) Potest defendi, cum ita post parenthesin ponatur, cf. Matth. Gr. Gr. § 616.

15) Placet; tum vero in prioribus mutandum δέχοιτ'; cf. Matth. Gr. Gr. §. 525, 6. Sic et infra XI, 17, ut in Cod. Paris. legitur.

Ed.		X.	Cod.
vs. 5.	εἰ νέμος πνοιῇ ζεφύροιό γ' εὔπνου		εἰς νέμος πνοιὴ ζεφύρου τό γ' εὔπνους.
— 8.	ῥίψαι		ῥίψαν.
— 14.	τόσσαι		τόσσαις; recte; illud per errorem typographicum.
— 15.	τύχῃ		τύχη.
— —	ἀχλύνῃ		ἀχιδνῇ.
— 17.	ταῖδιον		τ' αἴδιον.

XI.

vs. 17. ῥοθίσῃ	ῥοθήσοι; bene.

XII.

vs. 1. ὢν	ἦν; recte.
— 3. ἀρχαῖς	ἀργαῖς; illud per errorem.
— 9. Τυρίων	Τυρίῳ; recte.
— 12. σκίαν	leg. σκιάν.
— 16. ναυμαχία	ναυμαχίῃ.
— 20. πρότερον	προτέρῃ.
— 23. ἐπανελθεῖν	ἐπανῆλθον.
— 25. αὖτ'	εὖτ'.

Libri II Metrum VI.

ἀνύσας	ἀνύσσας.

XIII.

vs. 5. An τῆσδ'? [16])	
— 7. τῆσδ' ἐτόλμησεν	τῆς δε τόλμησεν.

XIV.

vs. 6. βράχυ	βραχὺ.
— 11. λάμπῃ	λάμπει [17]).
— 13. ῥίπτει	ῥιπτεῖ.
— 16. Κάτω	Κάτων; recte.
— 23. δοκεῖ γε	δοκεῖτε; bene.

XV.

vs. 8. ἐπιστατῇ	ἐπιστατεῖ.

16) Nil mutandum; τῆς pro αὐτῆς positum, more Graecorum veterum, quorum e lingua Planudes multa suo idiomati admiscuit. *Osann.*

17) Fortasse et h. l. et versu priore scrib. λάμποι et ῥοοῖ.

	Ed.	Cod.
vs. 14.	ἡ γῆν	η γῆν.
— 29.	φιλίᾳ	φιλία[18]).

Libri III Metrum I.

	Ed.	Cod.
	τὸ πέντε καὶ δέκατον	τὸ πεντεκαιδέκατον.
	τρισὶ δακτύλοις καὶ ἰάμβῳ συνίσταται	συνίσταται τρισὶ δακτύλοις καὶ ἰάμβῳ.

XVI.

	Ed.	Cod.
vs. 1.	σπείρεμεν	σπειρέμεν.
— 4.	φέρῃ	φέροι.
— 8.	παύσαντα	κοπάσαντα[19]).
— 12.	αὖ σέο	εἰ σέο.
— 13.	νητρεκίῃ	νητρεκίη.

XVII.

	Ed.	Cod.
vs. 4.	καὶ σφίγγουσ'	σφίγγουσά τ'.
— 26.	αὖ κελάδῳ	εὐκελάδως; recte.
— 32.	πορείῃ σιγαλέῃ	πορείη σιγαλέη.
— 34.	ἀεὶ	ἐὴν; sine dubio.

Libri III Metrum III.

	Ed.	Cod.
	τὸ ις'	τὸ ἑξακαιδέκατον.
	τρίμετρον	τετράμετρον.

XVIII.

	Ed.	Cod.
vs. 5.	μέριμνα	μερίμνας[20]).

Libri III Metrum IV.

	Ed.	Cod.
	φαλαίκειον	φαλαίκειον περὶ οὗ εἴρηται ἐν τῷ τετάρτῳ, ᾧ ὑπέταξε.
	ἀρχιλόχειον	ἀρχιλόχειον· ἐν ᾧ ἀντὶ δακτύλου ἐν τοῖς περιττοῖς ποσὶ δέχεται καὶ τροχαῖον.

XIX.

	Ed.	Cod.
vs. 2.	βρενθύετ'	βρηνθύετ'.
— 7.	νῦν λογίσσαι	γοῦν λογίσσετ'[21]).

18) Placet; sed corrigas νόους.

19) Recte, cf. Herodot. VII, 191: jam metro id postulante.

20) Recte; volebam μέριμναν.

21) Potest defendi, ut sit futurum formae mediae λογίζεσθαι, quam apud antiquos damnant. Γοῦν post γέ pro simplice οὖν accipiendum est.

	Ed.		Cod.
		XX.	
vs. 2.	*δαμάσαι*		*δαμάσοι.*
— 10.	*τόγε δ᾽ οὐ*		*τόδέ γ᾽ οὐ.*
		Libri III Metrum VI.	
	εἴτε		*εἴτουν.*
	ἀλκμανικὸν		*ἀλκμανικὸν, ᾧ ὑπέταξεν ἀντισπαστικὸν ἑφθημερὲς φερεκράτειον, περὶ οὗ εἴρηται ἐν τῷ ἐννάτῳ. ἐχρήσατο δὲ τούτῳ ἅπαξ ἐνταῦθα*
		XXI.	
vs. 13.	*προγόνους*		*προγόνοις*[22]).
		XXII.	
vs. 2.	*προχύτας*		*προχύσεις*; recte.
— 5.	*ἐμμόναις*		*ἐμμόνοις*; illud per errorem.
		Libri III Metrum VIII.	
	ἀντισπαστικὸν		*ἀντισπαστικόν ἐστι.*
	ἀκατάληκτον		*ἀκατάληκτον· περὶ οὗ εἴρηται ἐν τῷ ἐννάτῳ, ᾧ ὑποτέτακται ἰαμβικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον, περὶ οὗ εἴρηται ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ.*
		XXIII.	
vs. 3.	*χλοερῷ*		*χλοερῶν*; procul dubio.
— 14.	*πικροὺς* etc.		*ποία*[23]) *δ᾽ ἐχίνους ἠϊών.*
		Libri III Metrum IX.	
	ἐν τῷ πρώτῳ		*ἐν τῷ πρώτῳ· ἐχρήσατο δὲ τούτῳ ἅπαξ ἐνταῦθα.*
		XXIV.	
vs. 4.	*ἐξώτεραι*		*ἐξωτερικαὶ*[24]).
— 9.	*καὶ μὲν*		*καί μιν*; recte.
— 12.	*ἐκπεράσῃ*		*ἐκπετάσῃ*[25]).
— 15.	*κυκλεύσᾶσα*		*κυκλεύσασα.*

22) Bene; cf. Matth. Gr. Gr. §. 398.

23) Quod recte habebit, ubi scripseris *ποίᾳ* i. gramine.

24) An per synaloepham legi voluit?

25) Optime; in quod et ipse incideram.

	Ed.	Cod.
vs. 15.	τ' ἀγωγαῖς	τ' ὀπωπαῖς [26]).
— 17.	εἴκελον	ἴκελον.
— 28.	προςαγωγεῦ [27]).	

Libri III Metrum X.

Ed.	Cod.
ἐν τῷ δεκάτῳ	Addita sunt: ἐχρήσατο δὲ τούτῳ ἅπαξ ἐνταῦθα.

XXV.

	Ed.	Cod.
vs. 4.	παυλὰ	παύλα; corr. παῦλα.
— 10.	ξυμφορῶν	ξυμφύρων.
— 15.	ἰθύνεται	ἰθύεται.

XXVI.

	Ed.	Cod.
vs. 10.	πάχος	πάθος.
— —	λήθῃ	λήθη.
— 11.	ἐμπυρεύματ' ἀτρεκοῦς	ἐμπύρευμα τἀτρεκοῦς; placet.

XXVII.

	Ed.	Cod.
vs. 5.	πότμον σύζυγον	πότμον σύζυγος [28]).
— 8.	ἐβιώσατο	ἐβιάσατο [29]).
— 10.	ἀπὸ τρόμου	ἄπο τρόμου.
— 12.	τρέπεν	τρέσεν [30]).
— 19.	δῶμα ϑ'	δῶμαθ'.
— 20.	ἐΰμμελῆ	ἐΰμελῆ (μ suprascript. eadem manu).
— 25.	ἔρος	ἔρως.
— 31.	πτοίῃ ἐλάου σι	πτοίαις δ' ἐλάουσι; placet.
— 45.	ἐκδράμῃ	ἐκδράμοι.

Libri IV Metrum I.

Ed.	Cod.
δίμετρον	δίμετρον ἀκατάληκτον τὸ καλούμενον.

26) Ita verbum tunc in usu erat.

27) *Προςαγωγεῦ* prorsus alienum; quid enim inter hoc vocabulum et Boethii *dux* commune? Ego malim scribi *προαγωγεῦ* novam licet vocem, quae tamen in hoc poeta potest admitti. Voci vero *προαγωγεύς* significationem *ducis* vindicare licet. *Osann.* Eodem jure atque v. *προςαγωγεύς*, quod mutare non ausim.

28) Recte a nominativo ἡ σύζυξ conjux.

29) Scribendum fuit vel *ἐβιάσσατο* vel potius *ἐβιήσατο*.

30) Recte; *τρέπεν* ex errore ortum.

	Ed.	Cod.

XXVIII.

	Ed.	Cod.
vs. 2.	ἐς	εἰς.
— 3.	νοῦς	νόος.
— 6.	νεφέλην etc.	νέφη λιπὼν ὀπίστερα; recte.
— 9.	κίχῃ	κίχοι.
— 10.	ὑπάρξῃ	ὑπάρξοι.
— 14.	φθάσῃ	φθάσοι.
— 19.	σκῆπτ'	σκῆπτρ'.
— 24.	ἦν νῦν	ἢ νῦν.
— 27.	ὀρφνην	ὀρφνὴν.
— 29.	δῆμοι	δή μοι.
— —	τρομέουσι	τρομέουσιν.

Libri IV Metrum II.

Ed.	Cod.
φερεκράτειον·	φερεκράτειον· περὶ οὗ εἴρηται ἐν τῷ ἐννάτῳ· ἐχρήσατο δὲ τούτῳ ἅπαξ ἐνταῦθα.

XXIX.

	Ed.	Cod.
vs. 15.	χακώσει	χάκωσις; bene.

XXX.

	Ed.	Cod.
vs. 1.	Νηριτίου	Νηρικίου.
— 3.	ἐφύρμησεν	ἐφώρμισεν[31]).
— 8.	τίπον	τύπον.
— 12.	ὀξέσ'	ὀξὺς[32]).
— 24.	πηγὸν etc.	φηγὸν ἀμφενέμοντο δή[33]).
— 30.	ἀδρανεστέρων	ἀδρανεστάτων; bene.
— 39.	νόα	νόον.

Libri IV Metrum IV.

Ed.	Cod.
εἶδος	εἶδος ἐστὶν.
ἐν τῷ τετάρτῳ	ἐν τῷ τετάρτῳ· ᾧ ὑπέταξεν ἐλεγεῖον πενθημιμερές· περὶ οὗ εἴρηται ἐν τῷ α'· ἐχρήσατο δὲ τούτῳ ἅπαξ ἐνταῦθα.

31) Metro flagitante; alterum culpa typothetae, ut seq. τίπον.

32) Potest defendi commate antea posito.

33) Praeclare; πηγὸν est error typographicus.

	Ed.	Cod.

XXXI.

	Ed.	Cod.
vs. 6.	ἀλλήλοις	ἀλλήλους.
— 7.	ὅττ	ὅτ᾽.
— 11.	βούλει	βούλῃ; recte.

Libri IV Metrum V.

Ed.	Cod.
ἑβδόμῳ·	ἑβδόμῳ· τούτῳ δὲ ὑπέταξεν ὅμοιον ἀσυνάρτητον ἐξ ἰαμβικῆς διποδίας ὑπερκαταλήκτου ἤτοι πενθημιμεροῦς καὶ τοῦ εἰρημένου δακτυλικοῦ· ἐχρήσατο δὲ τούτῳ ἅπαξ ἐνταῦθα.

XXXII.

	Ed.	Cod.
vs. 14.	πῶς ἠόν᾽ etc.	πῶς ἠόνας δὴ κύμασι βάλλει, recte.
— 15.	ἀτειρέος	ἀτειρήεις [34]).
— 16.	φλογείῃ	φλογείῳ.
— 19.	πᾶν θ᾽	πᾶν δ᾽ [35]).

XXXIII.

	Ed.	Cod.
vs. 13.	χρόνον	χρόνων [36]).
— 26.	λειριόεν τ᾽	λειριόεντ᾽ [37]).
— 28.	εὔκαρπος	ἔὔκαρπος.
— 34.	ὕπτιος	ὕψιος [38]).
— 35.	στροφάδην [39])	
— 41.	ἕλιξ	ἕλιχ᾽ [40]).
— 43.	ἀπόλουν	ἀπόλουντο.
— 47.	αὖθις	αὖτις.

34) Recte habet; nova forma ἀτειρήεις pro ἀτειρής.

35) Dele δ᾽; neque θ᾽ aptum est.

36) Sine dubio; alterum ex errore.

37) Probari potest; alterum tamen magis placet.

38) Probandum videtur; nova forma ab ὕψι pro ὑψηλός.

39) Non debuit ad confirmandam novam formam στροφάδην auctoritas Etymologi M. p. 742. 6 afferri. Quod enim ibi legitur σώεσθαι στροφάδην mendosum est; nam aperte designatur Apollonii Argon. II, 296 locus, ubi nunc vulgatur σεύεσθαι. Στροφάδας etc., de cujus lectionis discrimine exponere nunc non vacat. Hoc vero certum est στροφάδην apud Etymologum nihili esse. *Osann.*

40) Recte; in apographo fuit ἐς ἕλιχ᾽.

	Ed.	Cod.

XXXIV.

	Ed.	Cod.
vs. 1.	ἀνύσας	ἀνύσσας.
— 5.	θ᾽ ἱλάσσατο	θ᾽ om.; recte.
— —	δῆθα; per errorem.	δῆτα.
— 12.	πολλύδακρυν	πουλύδακρυν [41]).
— 13.	Ἡρακλῆν	Ἡρακλέην.
— 24.	εἶρξεν	ὦσεν; recte.
— 26.	Κακὸς	Κᾶκος; bene.

XXXV.

	Ed.	Cod.
vs. 3.	ἐ	τε [42]).
— —	προϊέντε	προϊόντε.
— 4.	μορμύρον	μέρμερον [43]).
— 8.	ἔτυχεν	ἔτυχε.
— 10.	ἢ	ᾗ; recte.
— 12.	τεῦχε	ταί γε [44]).
— —	τάξει ανασσομένη	τάξεϊ νεισομένη; sine dubio.

XXXVI.

	Ed.	Cod.
vs. 9.	πάχος	πάθος.
— 12.	᾿πιβολῇ	ἐπιβολῇ.

Libri V Metrum III.

Ed.	Cod.
πινδαρικὸν	πινδαρικὸν, τὸ αὐτὸ ὂν τῷ πρώτῳ.

XXXVII.

	Ed.	Cod.
vs. 1.	τίς τῶν	τί τὰς τῶν; cf. supra metrum V.
— 2.	αἴτιος	αἰτίη; recte.
— 4.	εἴσι	εἰσὶ [45]).
— 9.	γ᾽ ὄμματος	δ᾽ ὄμματος.
— 15.	εἶδε	οἶδε; recte.
— 20.	ἔμινε	ἔμμινεν; bene.
— 24.	καθ᾽ ὅλου, etc.	καθόλου δ᾽ ἴσχουσ᾽, ὥλεσε τὰ μέρους; bene.

41) Ex lege, ut conjecerat Osannus meus; cf. Catoniana IV, 41. 1.

42) Legendum videtur Τίγρης Εὐφρ. τε μ. π. προϊόντε.

43) Nisi velis pro *ingentem* accipere, corruptum videtur; μορμύρον nullo modo potest stare.

44) Immo legendum φιμοῦταί γε i. cohibetur.

45) Correctione non opus est.

	Ed.	Cod.
vs. 26.	οὐδέτερος	ουδετέρης; procul dubio.
— 27.	πὰν	πάντα.
— 28.	δ' ὄγε	δ' ὅπερ.
— —	καθ' ὅλου	καθόλου.
— 29.	οἶδεν	εἶδεν; recte.

XXXVIII.

vs. 18.	καθ' ἕκασθ'	καθέκασθ'.
— 22.	χαρὰ	leg. χάρα.
— 23.	αὖθ'	αὖ.
— —	ἐστὶ	ἔστι.
— 25.	νητρεχίῃ	νητρεχίῃ.
— 35.	ἀνθορῶν	ἀνθορών; recte.
— 39.	μυχοὶ	μυχοῖς.

XXXIX.

vs. 3.	κινυμένοισι	κιννυμένοισι.
— 4.	ἐπιθείνετον [46].	
— 9.	νόσφι νοῦ βιβάντα	νόσφιν οὐ βιβάντα.
— 10.	πρώονας	πρώονας et in margine πρώωνας.

46) De duali numero pro plurali cf. Matth. Gr. Gr. §. 301, n.

Dissertatio de scriptoribus latinis graece conversis, quam additurus eram, alio tempore evulgabitur.

ANICII MANLII TORQUATI SEVERINI BOETHII

C A R M I N A

QUAE IN LIBRO DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIÆ LEGUNTUR

CUM GRÆCA MAXIMI PLANUDÆ CONVERSIONE.

LIBRI I METRUM I.

Τὸ πρῶτόν ἐστιν ἐλεγεῖον, ὃ συνίσταται πρώτῳ μὲν στίχῳ ἑξαμέτρῳ δακτυλικῷ καταληκτικῷ εἰς δισυλλαβίαν[1]), τῷ καλουμένῳ ἔπει[2])· δεύτερον δὲ ἐλεγεῖον κατὰ μὲν τὸ ἡγούμενον μέρος πενθημιμερεῖ ἡρωϊκῷ, κατὰ δὲ τὸ ἑπόμενον πενθημιμερεῖ[3]) δακτυλικῷ· πενθημιμερὶς δέ ἐστι μετὰ δύο πόδας συλλαβὴ[4]) ἐκ τῆς λέξεως ἐναπολειπομένη. Ἐχρήσατο δὲ τούτῳ τῷ εἴδει δίς, ἐν τῷ παρόντι τε καὶ ἐν τῷ Ἐν[5]) σκοπέλοισιν Ἀχαιμενιδῶν.

Carmina qui quondam studio florente peregi,
  Flebilis heu! moestos cogor inire modos.
Ecce mihi lacerae dictant scribenda Camenae,
  Et veris elegi fletibus ora rigant.
5. Has saltem nullus potuit pervincere terror,
  Ne nostrum comites prosequerentur iter;
Gloria felicis olim viridisque juventae,

I.

Ὅς πάρος ἐσπούδαζον ἐπῶν περὶ σύνθεσιν ἡδέων,
  ᾆσμα προηγοῦμαι[6]) φεῦ γοερόν τι πλέκειν·
δὴ γάρ μοι μελέαι μελετῶσι τὰ γραπτέα Μοῦσαι,
  ἀψευδῶν ἐλέγων δάκρυσι τεγγομένῳ·
5. *οὐδὲν γὰρ καὶ[7]) τάσδε κατηγωνίσσατο τάρβος,*
  ὥστε συνεμπορίην ἡμετέρην προλιπεῖν·
δόξα δ' ἐμῆς νεότητος εὐπραγέος[8]) πάρος οὖσαι,

1) Cod. δυσιλλαβίαν.
2) Etymol. Gud. p. 203, 46. Ἔπος κυρίως μὲν τὸ ἑξάμετρον, ἀπὸ τοῦ ἔπειν ὅ ἐστιν λέγειν; cf. et Tricham de metr. p. 14.
3) Cd. Πενθημερεῖ.
4) Cd. συλλαβάς. Phavorinus: Πενθημιμερὶς μέν ἐστιν, ὅταν μετὰ δύο πόδας εὑρεθῇ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα εἰς μέρος λόγου.
5) Addidi Ἐν et correxi σκοπλ. ἀχαιμενίῳ; cf. metr. V, 1.
6) Cd. προῆγμαι contra metrum.
7) καὶ respondet h. l. latino saltem habetque vim intensivam.
8) Media syllaba correpta, cf. vs. 15.

Solantur moesti nunc mea fata senis.
Venit enim properata malis inopina senectus,
10. Et dolor aetatem jussit inesse suam.
Intempestivi funduntur vertice cani,
Et tremit effeto corpore laxa cutis.
Mors hominum felix, quae se nec dulcibus annis
Inserit, et moestis saepe vocata venit.
15. Eheu, quam surda miseros avertitur aure,
Et flentes oculos claudere saeva negat!
Dum levibus male fida bonis fortuna faveret,
Paene caput tristis merserat hora meum.
Nunc quia fallacem mutavit nubila vultum,
20. Protrahit ingratas impia vita moras.

νῦν παραμυθεῦνται[1]) γήραϊ δυςπραγίην·
ἦλθε κακοῖς γὰρ ἐπειχθὲν ἄελπτον γῆρας, ἐῇ δὲ
10. *ἡλικίῃ[2]) με τελεῖν κέκλετο κηδοσύνη·*
καὶ κεφαλῆς πολιαὶ καταχεῦνται πάγχυ πρὸ[3]) ὥρας,
καὶ τρομέει σαρκῶν δέρμα κενωθὲν ἅπαν.
Ὄλβιος οὗτος ἐκεῖνος, ὃς οὐκ ἦλθ' εὐτυχέουσι,
κληθεὶς[4]) εὐθὺς ἔβη δυςτυχέουσι βροτοῖς.
15. *Ἆ πόσα δυςπραγέοντας ἀποστρέφετ' οὔασι κωφοῖς,*
κλαίειν τ' οὐκ ἐθέλει πενθαλέα βλέφαρα·
εὖτε τύχη γὰρ ἄπιςος ἐδεξιόωτό[5]) με τερπνοῖς
μικροῦ με κρυερὸς πότμος ἀπηφάνισε·
νῦν δ' ἐπεὶ ἡ δολερὴ δνοφερὴν[6]) μετημείψατο μορφήν,
20. *ἕλκει ἔμοιγε τριβὴν ἡ βιοτὴ στυγερήν.*

1) Legit itaque Planudes solantur, quod in duobus quoque Codd. Moguntiacis exstat, non solatur. Illud flagitat sensus totius carminis et verba Has saltem, quibuscum compara initium.

2) Cd. *ἐῇ δὲ ἡλικίῃ;* est id quod *τελεῖν εἴς τινα* censeri inter aliquos, adnumerari.

